



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. LXVI. De Peregrinis & Pace reddita terrae Pruschiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Conradus Langr. Thuring. J. Mag. Gen. Ord. Teut.

Henricus de Wida III. Mag. Provincialis in Prussia.

tormentorum genus hujusmodi invenit. (b) Ecce quomodo conclusit Dominus in gladio populum suum, effuderunt enim gentes sangvinem ipsorum tanquam aquam in circuitu terræ, & non erat qui sepiliret, sed carnes eorum terræ bestiis reliquerunt. Usque quo Domine irascaris, in finem miserere nostri Domine, miserere nostri ut ultio sangvinis servorum tuorum, qui effusus est, introeat in conspectu tuo. Effunde iram tuam in gentes quæ te non noverunt, & propter gloriam nominis tui propitius esto nobis, ne forte dicant gentes, ubi est Deus eorum.

ANIMADVERSIONES.

(a) Waisselius refert hoc ad An. 1249. diem S. Andreae sacrum.

(b) Adduntur hic quædam in codice Regiomontano; Sed quoniam nullum habent sensum, defuntque in Codice Elbingensi, merito & hic omittuntur.

CAP. LXVI.

De

Peregrinis & Pace reddita terræ

Prussia.

HÆc plaga magna DEI facta in fratribus & populo, & ad aures Principum Almaniae pervenit & commovit eos ad compassionem. Unde factum est, quod ipse Christus, qui percussit, & sanat, tetigit gratia sui Spiritus quorundam Principum corda, videlicet Marchionis de Brandeburg, qui An. Dn. MCCLI. & Episcopi de Mersburg, & Comitis

An. MCCL. Henricus Rex Daciae à fratre suo juniore Abel occiditur, ut pro eo regnaret, sed jussu Dei judicio ne pro malitia commodum reportaret, secundo anno est à Frisonibus occisus. Hoc factum prædixit Regi S. Wenceslaus Dux Bohemorum, qui ante

Hen-

CCC.

Conradus Landgr. Thur. V. Magister Gen. Ord. Teut.
Henricus de Wida III. Mag. Provincialis in Prussia.

ECC. annos eodem modo à fratre Henrici de (a) Sitarsburg, qui an-
suo fuerat interemptus, & ro- no ejusdem sequenti intraverunt
gavit dictum Regem Henricum terram Pruschia cum multitudi-
ut in honorem sui nominis Eccle- nei armatorum, quorum singuli
siam faceret fabricari, sicut fecit, terminos dictorum Apostatarum
scilicet Monasterium Ordinis Cr- potenter pertransierunt, incendio
steriensis in Revalia quæ est sita & rapina destruendo, occidendo
in terra Lyvonia. Anno Domini & rapina destruendo, occidendo
MCCLL. Conradus filius Frideri- & rapiendo, quousque omnino
ci Imperatoris secundi de filia, deficerent nec ultra possent ali-
Regis Jerosolymitani intravit qualiter respirare. Ex tunc Po-
regnum Apulia & Neapolim mu- mesani Warmiensis, Nattangi &
ros funditus destruxit, sed anno Barti ordinante Domino JESU
sequenti mortuus est veneno. Christo, in cujus manu sunt omnes potestates & omnium jura-
regnorum, reversi sunt ad fidem, & Fratrum imperio datis ob-
sidibus se iterum subdiderunt. Eodem tempore & eadem cau-
sa fatigatus Svantepolcus Dux Pomerania laboribus & expen-
sis, nec valens ultra resistere fratribus, compositionem, quam fe-
cit (b) Jacobus Archidiaconus Leodiensis, qui postea fuit Urbanus
Papa IV. inter eum & fratres servavit ratam, usque in finem
vitæ suæ. Sicque à die quæ incœpit bellum Svantepolci fuit
aano undecimo terminatum & terra Pruschia in pace quievit.

ANIMADVERSIONES.

AD CAPUT LXVI.

- (a) Schwarzburg habet Jeroschinus.
(b) Hic etiam Jacobus Archidiaconus Leodiensis Legatus Pontificis
Romani Pacta cum Prussis veteribus, quæ sub calcem Chronici
hujus dabimus An. 1249. inisse dicitur. Hæc alii, forsan præsentem
Dusburgii capite inducti, ad An. 1251. alii ad Anno 1252. ad alium
annum alii rejiciunt. Constat autem Cruciferos aliquoties Prus-
sis Veteribus Privilegia dedisse. Provincia namque Culmensi
Pri-

*Conradus Landgr. Thur. V. Mag. Generalis Ord. Teut.
Henricus de Wida III. Mag. Provincialis in Prussia.*

Privilegium, quod vocatur Culmense datum est An. 1233. Cum Provincia Pomesaniensi deinde Pacta quædam intercessisse testatur Dusburgensis *part. 3. cap. 14.* An verò cum Pogefanis pacta peculiaris sint sancita non memorat Dusburg. *cap. 15.* Posthæc cum Natangi, Warmienses & Bartheneses essent subacti, hæc ipsa Pacta An. 1249. sancita esse putamus, tametsi Dusburgensis eorum *cap. 27.* nullam faciat mentionem. An sint An. 1251. renovata, non liquet. Sed neque cognosci potest, utrum cum Sambiensibus aliisque Prussicis gentibus postea sub jugum Cruciferorum actis aliqua intercesserint Pacta; cum Dusburgensis nihil de iis habeat *Vid. infra cap. 70. 72.*

CAP. LXVII.

De

Bello Sambitarum, Devastatione territorii Girmovv.

Multa bella gesta sunt contra gentem Sambitarum, quæ singulariter enumerare nimis longum esset, tamen aliqua sunt ponenda. Frater Henricus dictus Stango Commendator de Christburg cum exercitu magno de Magistri mandato processit ad bellum contra Sabiam & intravit circa locum, ubi nunc situm est Castrum Lochstete tempore hyemali vastando per incendium & rapinam ex utraque parte usque ad villam Girmovv occisis & captis multis hominibus, ubi occurrunt eis Sambitæ armatâ manu, quibus se opposuit idem Commendator, quasi leo intrepidus, & ut retardaret, quousque exercitus suus posset recedere ad tutum locum, lanceis suis plures vulneravit, tandem circumvenerunt eum Prutheni dolose & plagis pluribus impositis de equo dejecerunt. Quod videns frater Hermannus germanus dicti Commendatoris, commota fuerunt viscera ejus su-

Y

per